



**Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē**

**Barbosa, Agostinho**

**Lipsiaē, 1697**

Cap. XLVI. Usura.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

de, ale votum cum deliberatione sive voce exprimitur, sive non. apud DEUM obligat. *cap. qui bona 17. q. 1.*

## VII.

Vovere nunquam, melius est, quam votum non perficere, *cap. scimus 22. q. 1.* votum ergo antequam faciamus, considerare debemus, quid liceat, quid debeat, quid expediat. *cap. magna 7. extr. eod.* cum votum de bono servari debeat, *cap. sunt quadam 17. q. 1.* ac me ad id, quod in me est, votum meum obliget, *c. quidam 3. extr. de convers. conjug.*

Limita (1.) nisi votum fiat ante 14. annum, tum enim non obligat, quia facilitate potius sit, quam ex arbitrio discretionis, *cap. venientis 2. extr. eod. cap. ad nostrum 8. c. significatum 11. extr. de Regular. vel (2.) si ex timore voveat, quo casu nec tum obligatur. cap. veniens 5. extr. qui clerici vel voveat. nisi quando votum metu contractum patientiam sequentis temporis sit validum, c. ult. extr. de vot. vel (3.) si vota stulta essent, vel incauta, cum frangenda potius sint, quam servanda. *cap. non pejerabis 22. q. 4. per tot.* qua de causa nec votum dementis obligare dicitur, *cap. sicut 11. extr. de Regular.* ac proinde generaliter votum de malo rescindi debet. *cap. in malis 22. qu. 44. cap. una sola 33. q. 5.**

## VIII.

Votum simplex non dirimit contractum matrimonium, *cap. meminimus 3. c. veniens 5. extr. qui Cleric. vel voveat.* impedit tamen contrahendum *cap. consuluit 4. cap. pen. extr. eod. c. non 17. quest. 2.*

## IX.

Voventibus non solum facere, sed etiam velle, damnabile est. *cap. voventibus 17. q. 1. c. voventibus 4. dist. 27.*

## X.

Votum pro parte tenet, pro parte non tenet, *cap. quidam 3. cap. placet 12. extr. de vot.*

## XI.

Quicumque contrahere non potest, ille nec potest vovere, & quousque quis potest contrahere, eousque potest vovere. Quia perinde ex voto, uti ex contractu, aliquis obligatur. Infantes igitur & furiosi vovere nequeunt, sicut nec illi, qui aliorum potestati subsumunt, v. g. filius, servus, uxor, *l. 2. ff. de pollicit.* quatenus scilicet horum vota officiant iuribus superiorum. Conf. Brunnem. ad d. l. 2. ff. de pollicit.

## CAP. XLIV.

## Urbanitas.

Ex urbanitate quæ competunt, non inducunt obligationem, *l. crediores 3. ibig. gloss. C. de pign. Facian. 1. conf. 18. n. 87.*

## CAP. XLV.

## Usucapio vid. Præscriptio. Bona Fides. Vitium.

## Axioma I.

Quicumque aptus est ad dominium acquirendum, aptus quoque est ad usucapiendum. Quia

usucapio est adjectio domini; unde regula orti: non plus intelligi præscriptum, quam fuit potestum. Ita ergo tam paterfamilias, quam filiusfamilias usucapere possunt; etiam pupillus si infantiā major sit, & ita animum possidendi habeat. *l. 32. §. 2. de acquir. poss. Conf. Zois. ad ff. de usu. cap. n. 5. seqq.*

## II.

Quoties error circa dominii acquisitionem, oritur ex facto alieno, toties usucapioni non obstat. Quia facti alieni ignorantia est probabilis *l. 31. pr. ff. b. t.* ita si heres mihi rem tradat quasi legatam, *l. 4. §. 2. ff. pro suo.* si quis peritus sit, dominium suo mandato esse emptum *l. 11. ff. pro empt.* poterunt hæc res usucapi. Aliud exemplum est in *l. 2. pr. ff. eod.*

## III.

Quodcumque defunctus non potuit usucapere, illud nec potest heres. Quia heres, etiam si ignoret, rem esse alienam, succedit tamen in viri defuncti, cuius personam repræsentat *l. 11. ff. de divers. temp. præscr.* exemplo est res commodata vel deposita in hereditate forsan reperta.

Limita: (1.) ut ne quidem ex sua personâ possit usucapere heres. Conf. Zois. ad ff. b. t. n. 62. (2.) ut tamen hæredis heres possit usucapere, quia iura in unâ re duas fisiones detrahantur. Brunnem. ad Autb. mala fidei. C. de præscr. long. temp.

## IV.

Quoties quis ex parte præsens, & ex parte absens fuit, toties vel dimidium annorum absentie adiciatur annis præsentie, & computetur decennium; vel anni præsentie duplicati adiciantur annis absentie, & computetur vicennium. Ita si quis septem annis præsens, sex verò absens fuerit, dimidium sex annorum adiciatur septem annis præsentie, & ita adest decennium; vel septem anni præsentie duplicati (ut XIV. evadant) addantur sex annis absentie, & ita habebis vicennium.

## V.

Quoties denunciatio, rem esse alienam, fit ante contractum, toties impedit usucapionem *l. 17. C. de R. V.* quia denunciatio malam fidem inducit. Ita ergo si Dominus denunciaverit emptorine emeret, exclusa erit usucapio.

## CAP. XLVI.

## Usura.

## Axioma I.

Usura est crimen. *c. qui in omnibus 3. de usur.* ut apparet ex ordine titulorum & rubricarum in decretalibus, cum post titulum de furtis immediate situatus sit titulus de usuris, hinc qui usuram accipit, rapinam facere dicitur, in *c. si quis 14. qu. 4.* nec majus reperiri malum, quam sit usura, perhibent Johan. Andr. in *cap. peccatum de R. l. 1. in 6. Joh. de Anania in cap. 1. de usur. in fin. & Robert. Marant. quest. legal. disputat. 5. num. 18.* qua de causa & in foro conscientie omnes usuras, quæ proximum aggravant, illicitas esse, adeoque eas ut pestem Reip. exterminandas indistincte

Et clamant. Menoch. 2. arb. judic. q. 398. Ca-  
cheran. decis. Pedem. 137. n. 9. Royz. decis. Lituan.  
5. allegatus à Treut. vol. 2. disp. 3. tb. 1. lit. c. cum  
voraces sint, ac facultates exhaurire videantur, c.  
1. de Usur. in 6. c. quanto 18. extr. cod. Gail. 2. obs.  
83. n. 16. Quocirca usurarium similem esse ver-  
miculo ligni asserunt Dd. qui sicut ad tactum ap-  
paret levis, dentes tamen habet durissimos, qui-  
bus omne lignum rodere ac devorare queat; ita  
& hic vermis patrimonium rodens prohibetur,  
& quamvis naturaliter eveniat majoraque faci-  
nora detestetur animus, in usurario tamen con-  
trarium reperitur, quia quanto usurae majores,  
tanto ipsi sunt duriores, ac sicut ignis combu-  
rit in infinitum, si combustibile haberet sibi  
proximum, ita usurarius ore lingit, & stringit,  
sicut scorpio, & sicut leo famelicus, qui sem-  
per querit quem devoret, ac fraudem commit-  
tat in omnibus praedicamentis, dum respicit  
quod non dedit, vel plus quam dedit, vel de-  
dit malum frumentum, ut recipiat bonum, vel  
in loco, in quo non dedit Pacian. 1. conf. 113.  
numer. 33. & 34. Hinc usurarium pluries delin-  
quere probavit Robert. Marant. disp. 5. q. 58. le-  
gal. n. 14. Delinquere enim cum ait (1.) mutuan-  
do sub usuris, quia facit contra preceptum di-  
vinum & Canonicum, quod dicit mutuum da-  
re, nihil inde sperantes, c. consiluit. 10. de Usur.  
(2.) delinquit eas recipiendo, quia tunc exequi-  
tur suum malum propositum, & (3.) eas in non  
restituendo.

Declara verum in usura lucratória, ubi ex me-  
ro mutationis officio contra naturam contra-  
tus lucrum quis facit. Wesenb. in parat. ff. de  
Usur. n. 4. atque sic charitas & dilectio proximi  
offenditur, gl. in l. feneraveris verbo plus. 14. q. 3.  
Gail. 2. obs. 5. n. 6. & huiusmodi omni jure, divi-  
no Exod. c. 22. Levit. 25. Ezech. c. 18. Ps. 14. Luc.  
c. 6. Canonico. tor. tit. de Usur. c. quia in omni-  
bus c. super eo 4. d. cap. consiluit. 10. cap. quoniam  
2. eod. tit. & civili prohibitas esse notantur post  
Bart. in l. 1. n. 5. cum seq. C. de summi. Trinit. ibid.  
Jalon. n. 47. Bald. in Auth. ad haec num. 3. C. de  
Usur. Johan. Baptista. Lupus. in tract. de Usur. &  
commerce. comm. 1. §. 3. num. 35.

Limita, nisi in quantum non damno afficiant  
proximum. Proverb. 28. vers. 8. arg. Matth. 7.  
vers. 13. Syracid. 29. vers. 27. Paul. ad Corinth. 8.  
vers. 13. Molin. in consuetud. Paris. §. 1. gl. fin. n. 61.  
Donell. de Usur. c. 2. Petr. à Well. de Usur. in pr.  
quocirca etiam in foro politico non esse illicitas,  
si intra modum praescriptum (quod Magistratui  
politico licere probant Molin. in tract. de Usur.  
n. 25. & Hottom. d. tit. p. 49.) exigantur, asse-  
rit Treutl. disp. 3. tb. 1. lit. evol. 2. atque ita in-  
tuitu huius usura per se crimen non erit, prout  
declarat Canonista apud Covar. 3. var. resol.  
1. n. 5.

## II.

Usura non committitur in aliis contractibus  
praeterquam in mutuo. cap. consiluit 10. c. navi-  
ganti 10. de Usur. Molin. in tract. de Usur. in pr.  
n. 4. Calcan. conf. 85. n. 1. incip. viso casu. Domi-  
nic. Soto in tract. de iustit. & iur. lib. 6. q. 1. art.  
1. & 2. Bero. in rubr. 37. vers. sed praemissis extr.

de Usur. Alex. de Nev. conf. 147. n. 6. & num. 17.  
lib. 1. Decian. consil. 3. num. 180. lib. 1. Farin. 1. con-  
sil. 91. num. 1.

Intellige scilicet, quoad formam contractus, quoad  
intentionem enim depravatam videlicet lucrum  
mente conceptum usura (quam mentalem Dd.  
vocant) etiam in aliis contractibus committitur.  
Panorm. in d. c. naviganti.

## III.

Usura non praesumitur nisi probetur. l. cum  
precib. 18. C. de probat. Socin. conf. 27. n. 12. lib.  
4. Rot. divers. decis. 28. n. 2. p. 2. & decis. 340. n.  
1. p. 1. praesertim in foro contentioso, in quo  
forma & figura contractus inspicere debet. cap. in  
civitate 6. extr. de Usur. cap. cum Johannes 10.  
extr. de fide instrument. Abb. conf. 15. n. fin. vers.  
adjudicandum & conf. 49. n. 1. vers. moveor pri-  
mo lib. 1. Farin. 1. conf. 91. n. 9.

## IV.

Usura est quicquid forti accedit, c. plerique §.  
& ecce 14. q. 3. vel ubi amplius requiritur quam  
datur c. usura d. q. 3. c. illo 4. extr. de pignor. ac est  
non tantum in pecunia cap. putant. 14. q. 3. sed  
& in omnibus rebus c. plerique in pr. d. q. 3.

## V.

Quoties usurae sunt restantes, aufgeschwols-  
lene Zinsen / toties in praxi non currunt ultra  
alterum tantum. Quia alioquin accessio (qualis  
est usura l. 12. & 23. C. de Usur.) major foret prin-  
cipali. Imputandum igitur creditori quod non  
quotannis exegerit usuras.

Limita (1.) si debitor interpellatus in mora  
solvendi sortem fuerit, (2.) si post sententiam  
condemnatoriam excreverint, (3.) si verum in-  
teresse petatur, non usura, aut (4.) haec debeantur  
ex pecunia pupillari. Tabor. de altero tanto.  
omnibusque piis causis, item si debeantur tan-  
quam annui redditus irredimibiles.

## VI.

Quoties usurae particulariter sunt solutae, to-  
ties etiam ultra alterum tantum in praxi sunt sol-  
vendae l. 10. C. de Usur. Quia sufficit, quod eo tem-  
pore, quo fors solvitur, usurae eam non adaequant,  
& aequum omnino est, ut ob moram debitoris  
tantisper praestentur usurae, dum ipsum durat mu-  
tuum. Brunnem. ad d. l. 10. C. de Usur.

## VII.

Quoties quis pro alio usuras solvit, toties a de-  
bitore usuras harum usurarum petere potest.  
Quia ratione solventis usurae solutae non sunt  
usurae, sed fiunt potius nova fors. Exemplum  
est in fideiussoribus usuras alieno nomine seu pro  
suo principali solventibus.

## XIII.

Quoties usurae non ipsi creditori solvuntur sed  
tertio, toties ab illo tertio creditor earum usuras  
exigere potest, quia & hic usurae nova fors fiunt,  
cum debitor mutetur. Exemplum est in tuto-  
ribus, quibus si usurae nomine pupilli solutae fue-  
rint, poterit hic earum usuras a tutore repetere;  
hinc generaliter: Quoties ille, qui non debebat  
usuras, vel iam solvit, vel solvendas in se recepit,  
puta per delegationem, toties usurae usurarum  
sunt praestandae Brunnem. ad l. 58. n. 4. ff. de ad-  
min. Tut.

(Mm) 2

LX. Quo

## IX.

Quoties per cessionem mutatur persona creditoris, toties usurae usurarum non debentur, quia quicquid non potuit exigere cedens, illud nec potest cessionarius, utpote cuius omne jus venit ex persona cedentis.

Limita, ut procedat, si mutata sit persona creditoris per cessionem simplicem, secus, si per delegationem: quia per hanc prior obligatio tollitur & plane nova constituitur.

Quando ad usuras teneatur Tutor, vid. **TUTOR.**

## C A P. XLVII.

## Usurpatio.

Usurpatio & consuetudo in iure sibi opponuntur l. 13. §. ult. *vers. usurpatum tamen illud, de injur. 2. F. 1. §. 1. F. 13. §. 2. F. 26. c. 1. §. filii nati. §. moribus.* Diligenter atque distingvendum, utrum usurpatio aliquo iure vel ratione aliquanitur, nec ne. Priori casu cum connivere Legumlatores soleant, vincit usurpatio ius etiam rationabile, per text. *notab. 1. F. 13. in fin. posteriore casu: utcumque invaluerit usurpatio, tamen in contradictorio iudicio non debet attendi, per text. in l. injuriarum 13. §. ult. ubi usurpatum tamen, & hoc est, tamen si nullo iure: quare si quis prohibeatur, adhuc injuriarum agi potest. de injur. §. c. non putamus 2. de consuetud. in 6. can. pradia 5. caus. 12. quest. 2. Qvemadmodum etiam Germanis differunt etiam Gebrauch und Mißbrauch. Est corruptela potius quam consuetudo dicenda. Neque hæc nova, sed vetustissima querela est, quod bonæ leges à malis hominibus observatæ non fuerint: interim apud bonos auctoritati Legum nec quicquam decessit, uti quidem nugatur Hermannus Conringius in de clamazione frivola, de origine juris German. Sic enim Plaut. in Trinum, act. 4. scen. 3. vers. 30.*

*Mores Leges jam produxerunt in potestatem suam.*

*Magis quæis sunt obnoxiosæ, quam parentes liberis*

*Ea misera etiam ad parietem sunt fixa clavibus ferreis.*

*Ubi malos mores affigi nimio fuerat æquius.*

Hinc etiam Cicero 2. offic. testatur, grassantibus bellis civilibus totam dignitatem Jurisprudentiæ collapsam fuisse, Ictum ergo oportet cum Horatio

*Hostem esse atque inimicum hominum morumque malorum.*

## C A P. XLVIII.

## Usus, Ususfructus, Ususfructuarius.

## Axioma I.

Usus simplex non inducit acquisitionem juris.

Socin. conf. 131. col. 1. 2. in presenti consultatione Gylman. 4. vot. 11. n. 56. pag. 32.

## II.

Ususfructus nudus cum proprietate nihil habet commune l. restit. 25. ff. de V. S. l. permitti 52. in princ. ff. de acquir. possess. Henning. Gorden. conf. 23. n. 6. ubi ait Ususfructum opponi dominio Zas. in l. nemo prohibetur n. 6. ff. d. excep. Regner. Sixtin. 3. conf. Marp. 7. n. 7.

## III.

Ad usum certum si quid destinatum est, ad illum, non ad alium debet converti clem. ult. in pr. de relig. domib.

## IV.

Usus non est rerum usu consumptibilium, extr. av. g. ad conditorem §. quamquam & S. nec obviat. de V. S.

## V.

Usus longævus legem ac rationem vincere nequit, c. consuetudinis 4. dist. 11. unde & usus pravus ratione & lege superatur c. 1. dist. 11. quæ cedit etiam auctoritati d. c. 1. dist. 11. quæ de causa si usus veritati contrarius, aboleri debet, c. si consuetudinem 5. dist. 8.

## VI.

Usus Legum antiquarum, quæ vetustate & incuria obsoleverunt, nullus est c. fuerunt 2. dist. 7.

## VII.

Utens re male, male possidet, quid dicam in fin. 14. q. 4.

## VIII.

Uti præsupponit, quod cum usu salva rei substantia manet. extr. av. g. ad conditorem. §. nec obviat de V. S.

## IX.

Dominus re sua liberrimè uti & abuti potest, l. 25. §. 11. & l. 31. §. 3. de petit. hered. & improbatum est LL. pactum, ne liceat Domino liberè re suâ uti, l. pen. de p. et. cum nemo alteri super rei suæ usu vel abusu legem dicere possit. l. 2. proemptor. ubi Wesenb. n. 6. & C. A. th. 5. ita ut domino abutendi tunc dicitur dñm intendi nequeat Argentr. ad conf. Britann. art. 421. lit. a. p. 1088. Ubi tamen observa (1.) ut cuilibet quidem libere re sua licere, quatenus prohibitum non est. text. in l. statuas 7. C. de religiof. Wesenb. de acquir. rer. domin. n. 12. §. 4. Inst. de jur. person. (2.) abuti re sua hæcenus licere, quando abusus est modicus d. l. 25. §. 11. vid. Osterman. rational. ad §. ult. Inst. de his qui sunt sui vel alien. jur. quod igitur dictum tale pactum LL. improbari; id verum si nimirum sine iusta causa hoc pactum indicatur, l. ult. C. de pact. inter empt. & vendit. Wesenb. in parat. de distract. pign. n. 5.

## X.

Ad usus profanos relicti, ad meliores converti possunt, l. 1. C. de expens. ludor. lib. 11.

## XI.

Usus loquendi considerari debet, c. quamvis 9. extr. de V. S. Usus enim vocis alius est ex subtilitate, alius ex exacta phonetia l. licet. 58. de V. S.

## XII.

Cujuscunque rei usus est sine abusu, illius verus datur